



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

4. An etiam teneantur sacrificium missæ cœptum deserere vt peste infectis hoc sacramentum ministrent?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

QVÆSTIO IV.

*An etiam teneantur sacrificium missæ cœptum  
deserere, vt peste infectis hoc sacra-  
mentum ministrent?*

Quæstionis explicatio.

**C**lari (*a*) iuris est, sacerdotem ingressum ad celebranda missarum solemnia non debere recedere, nisi finierit, & eum qui presumit aliter facere, suspedit ab officio missæ: Huius occasione quæritur, an pastor vocatus ad peste infectum iam animam agentem, teneatur dimittere sacrificium missæ, quod celebrare incœpit, ut illi hoc sacramentum ministret, an vero à ministracione excusetur.

*a c. nullus.*

*De consecra-  
diſt. I.*

Responſio.

**E**xcusatur, si antea ægro sacramentum pœnitentiae & Eucharistie ministravit, secus si propter illius indispositionem, non potuit ministrare: Ratio prioris partis est, quia cum istud sacramentum in illo, qui confessus fuit, & viaticum digne sumplit, non sit tantæ necessitatis, habenda est ratio SS. Missæ mysterii, quod dimitti non potest (vt Nauarrus (*b*) dicit) quin præbeatur interessentibus causa distractionis à *b de orat. &*  
*horis canon.*  
*c. 16. n. 35.*

Cc 3 rerum

rerum superfluarum & similiūm. Ratio al-  
terius est, quia illo casu peste infectus eſt in

**a. Ad c. Nul-**  
**lus Epistep.**  
**de conf. dist.**  
**i. Specia-**  
**tim ibi gloss.**

extrema necessitate spirituali, quo casu se-  
cundum (a) Canonistas tenetur pastor di-  
mittere sacram etiam post cōfērationem  
ad sacramentum Baptismi ministrandum,

Theologos administranda sacramenta  
Poenitentiæ & Eucharistiæ: ergo etiam Ex-  
tremæ Unctionis, in casu de quo nunc  
agimus, quia eadem ratio hic & ibi mi-  
litat.

Dices: Quid si sacerdos vngens infir-  
mum, pestem concipiāt, nec possit sacram  
cœptum perficere, quid illo casu agendum  
erit?

**b. Si non peruererit ad consecratio-**  
**nem, relinquetur sacrificium, quia tunc**  
**nullus est defectus substancialis, qui debeat**  
**suppleri, nec manebit idcirco sacrificium**  
**imperfectum, quia necdum erat substi-**  
**tialiter inchoatum; omnia enim quæ con-**  
**fērationem præcedunt, sunt accidentalia**  
**ad ipsum sacrificium: si vero ad illā perue-**  
**nerit, & consecrari debet sacrificium per**  
**alium perfici, ne (b) maneat imperfectum.**

Dices 2. Si consecrauit tantum unam  
speciem, quid faciet superueniens perfectu-  
rus sacrificium?

Respon-

**b. c. Xibit, 2.**

**q. 4**

Respondet (a) Innocentius debere vtrā-  
que speciem adhuc consecrare, & postea  
simul consumere cum alia hostia per alium  
sacerdotem consecrata, qui in hoc fundari  
videtur, quod dubium esse existimat, an  
consecratio vnius speciei sine altera facta  
teneat; sed in hoc nulla est dubitandi ra-  
tio, vt superiore capite ostendimus. In  
eo igitur casu sufficit, vt aliis sacerdos al-  
teram tantum speciem consecret, & vtram-  
que sumat: Quod apertè docet D. (b) Tho-  
mas, quamvis idem relinquat, opinio-  
nem Innocentii uti probabilem, sed hæc  
non sunt propriæ huius instituti.

a Lib. 4. de mysteriis missæ.

b In 4. dist. 2.  
9. art. 4.

## Q V A E S T I O V.

*An absente vel mortuo pastore teneantur  
& alij sacerdotes ministrare hoc  
sacramentum?*

Quæstionis explicatio.

**S**Vbinde (c) Deo iuste propter peccata c Annales  
populi irato pastores ante alios è me-  
dio pestilentia eripiuntur, vt in plerisque monachi.  
historiis legimus: Quæritur, an eo casu a-  
Godefridi  
anno 1167.  
& aliorum.  
li sacerdotes hoc sacramentum ministrare  
teneantur?

Cc 4      Responso.